



255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
DE TESTAMEN
TIS, ET QUI TESTAMENTA
FACERE POSSVNT, ET QVEMAD-
MODVM TESTAMENTA FIANI.

AD, QVAS DIVINA AVXILIANTE GRA-
TIA PRAESIDIBVS CLARISS. AC CONSVLTISS.
viris, D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Io-
anne Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco in
amplissimo Iureconsultorum apud Agrippinates
Collegio, pro laudabili consuetudine pub-
licè respondebit.

FRIDERICVS HILTROIPIVS
ASSINDIANVS.

*Anno reparatae salutis MD. LXXXII.
XVIII. Iunij.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.


G

THESES
DE TESTAMEN

TIS ET QVI TESTAMEN
FACERE POSSUNT ET QUAE
MODVM TESTAMENTI FANT

AD QVAS DIVINA AXYLIANTE GR
TIA FRATERNITATE CLAMANT ET QUAE
Vnde D. Joannes Albertus in Commentariis ad
titulum de testam. l. 1. §. 1. in fine
et amplius in suo tractatu de testam.
Collegio jurisconsulto in studio
Vindobonensi.

FRIDERICVS S. HERTROPVS
ASSIDVVS
AVGVSTVS
AVGVSTVS



TRANSITIO.

Cum bona legalis scientia pars in contractuum, ultimarum voluntatum, & actionum inde descendendum cognitione consistat; cognitis contractibus, iustà methodo ad ultimas voluntates & Testamenta, primas sibi vendicantia, (a) transitum facimus. (b)

(a) Arg. l. quamdiu. de acq. hæred. (b) VVefemb. in parat.

THESIS I.

Testamentum à testatione dictum, (a) est voluntatis nostræ iustà sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. (b)

(a) Vigl. in Inst. h. t. in princ. nu. 4. (b) l. i. ff. h. t.

II.

Estq; duplex (a) Militare, (b) & Paganicum: (c) hoc vel in scriptis conficitur & Solenne; vel sine scriptis & Nuncupativum (d) appellatur.

(a) Nam veterum testamenta quæ Calatis comitijs, In procinctu, & per æs & libram olim fiebant, ab usu recesserunt §. sed illa Inst. h. t. (b) de quo tot. tit. ff. C. Inst. de testam. milit. (c) quod paganus, id est. non miles facit l. i. C. de test. mil. (d) l. hac consultissima 27. C. l. hæredes palam 21. ff. h. t. §. sed cum paulatim. §. fi. Inst. eod.

III.

Forma Solennis in scriptis testamenti hæc est, (a) ut testator testamentum suum aut à se, si literas nōrit; aut ab alio quovis, (b) si nesciat, scriptum vel subscriptum septem testibus, (c) rogatis, (d) presentibus offerat; eorumq; singuli (e) suum & testatoris nomen subscribant, proprio vel alieno annulo subsignent, (f) omniq; hæc unico actu peragantur.

(a) quam eleg. tradit d. l. hac consultiss. & §. sed cum paulatim Inst. eod. (b) auth. & non obseruato C. eod. §. quia verò in Nouell. ut sponsal. larg. (c) d. l. hac consultiss. d. §. sed cum paulatim (d) d. l. hæredes palam §. in testamentis, auth. rogati C. de testib. (e) l. singulos h. t. intellige cum moderamine l. fi. C. eod. (f) l. ad testium. 22. §. i. ff. l. si vnus 12. C. h. t. (g) d. l. hæredes §. fi. intellige cum modera. l. cum antiquitas, C. eod.

IIII.

Hanc Solennis testamenti formam ad eius substantiam seu essentiam omnino necessariam existimo, (a) ut in ea defectus reddat actum ipso iure nullum. (b)

(a) Forma enim dat esse rei, l. Iulianus 9. §. 2. ad exhib. arg. l. qui per salutem 33 de iure iur. (b) arg. l. si non speciali 9. l. si vnus 12. d. l. hac consultiss. verf. non subscriptum C. h. t. Bart. in l. nemo potest nu. 8. de legat. 1. Couarr. in c. cum esses num. 8. h. t. Mich. Grassus de success. §. testamentum q. 64. nu. 2. Myns. d. §. sed cum paulatim nu. 14. Schneid. ibid. n. 17.

V.

Vnde ardua exurgit q. An ex minus solenni testamento relicta, in iudicio anima saluà conscientia recusari possint? & posse sustinebo.

Arg.

Arg. l. 3. d. l. hac consultissima, § ex imperfecto, C. l. ex ea scriptura 29. ff. h. t. l. ex imperfecto 23. de legat. 3. l. si veritas 23. C. de fideicom. Bald. in repet. l. 1. nu. 55. C. de Sacros. Eccl. Couarr. in d. c. cum esses nu. 4. cum seqq. Mich. Grass. d. lo. q. 64. nu. 4. Iul. Clar. §. testam. q. 9. num. 5.

VII.

Testes in testamento esse non possunt, mulier, (a) impubes, (b) furiosus, (c) mutus surdus, (d) prodigus, (e) pater in testamento filij; & contra, (f) haeres, & qui illi coniuncti sunt, (g) damnatus repetundarum, (h) ob carmen famosum, (i) denique quos leges iubent improbos & intestabiles (k) esse.

(a) l. qui testamento 20. §. mulier 6. h. t. c. forus in fi. vbi gl. de verb. sig. (b) §. testes Inst. eod. (c) d. l. qui testamento. §. ne furiosus 4. (d) d. §. testes, arg. h. haeres palam in princ. h. t. (e) d. §. testes (f) l. testis idoneus 9. ff. l. parentes 6. C. de testib. §. in testibus Inst. h. t. (g) saepe d. l. qui testamento in prin. §. sed neque Inst. eod. secus in legatarijs, fideicommissarijs, tutorib. l. distantibus 22. C. h. t. l. si quis ita 14. de reb. dubijs, §. legatarijs, Inst. h. tit. (h) d. l. qui testam. §. eum qui 5. l. repetundarum 15. de testib. (i) l. is cui 13. §. 1. h. tit. l. ob carmen in prin. de testib. (k) l. cum lege 26. h. t. saepe d. §. testes.

VIII.

De Monacho dubitari solet, fere communi calculo in hoc itum est, quod in subsidium admitti possit; ego eum indifferenter cum consensu Abbatis admittendum censeo.

Quia nulla lege prohibetur, l. 1. de testib. & probationum facultas amplianda magis quam coarctanda l. quoniam 21. in fi. C. de haeret. & Man. & professio ipsa maiorem promittit fidem Vigl. in d. §. testes nu. 12. Myns. ibid. nu. 10. Couarr. in c. relatum 1. nu. 5. & in Monacho non tam seruitutis imago quam pia obedientiae exemplar elucet.

IX.

Prædictæ solennitatum iuris obseruationi non subiacet testamentum Inter liberos conditum, (a) in quo duo testes sufficiunt, (b) nec mulier repellitur, (c) & si de voluntate testatoris constet, nihil est quod desiderari possit. (d)

(a) tex. in d. l. hac consultissima, § ex imperfecto vbi Dd. l. fi. C. famil. ercis. (b) gl. in auth. quod sine C. d. t. Bart. in d. §. ex imperfecto nu. 3. Iul. Clar. §. testamentum q. 8. nu. 2. Grassus d. lo. q. 11. nu. 4. (c) gl. in d. auth. quod sine. Decius in l. 2. nu. 29. de reg. iur. Andr. Gaill lib. 2. obs. 112. nu. 6. Iul. Clar. d. q. nu. 4. Grassus d. q. nu. 5. (d) aliàs secus arg. l. si is, qui 25. vbi Bart. & comm. Dd. h. t.

X.

Sed an testamentum inter liberos inaequalibus portionibus institutos valeat? controuersum est, & valere, nisi inaequalitas legitimam minuat, decisum reperio.

Potest enim pater vni filiorum plus quam alteri relinquere, dummodo debitam legitimam neminem defraudet, l. parentibus 8 vbi Iason nu. 1. C. de inoff. testam. l. ex parte 39. §. 1. ff. l. quoties 19. vbi gl. C. famil. ercis. Couarr. in c. Ranutius §. 1. nu. 3. h. tit. And. Geill. d. obs. 112. nu. 24. Grassus d. q. 11. nu. 8.

XI.

Quid si scheda patris in cista fuerit reperta in qua inter liberos disposuit, illane vim testamenti Inter liberos obtinebit? quod verius puto.

Arg. l.

Arg. l. si. in verbis siue quocunque alio modo scripturæ, quibuscunque verbis & indi-
cijs inueniantur relicta. Bart. in d. l. si. is qui. nu. 4. Gaill. d. obs. 112. num. 9. Clar. d. lo. q. 14.
Grass. d. lo. q. 16. per tot. hæc intelligo secundum auth. quod sine C. h. t. & §. nos igitur in
Nouell. de imper. testam.

XI.

Porro in testamento Ad pias causas (a) obseruatio solennitatum iuris quoque relaxata
est, eundemque cum testamento Inter liberos meretur fauorem. (b)

(a) ut sunt relicta locis religiosis, Xenodochijs, pro redemptione captiuorum, dotanda
paupercula, alendis egenis &c. plures vide apud Tiraq. in tract. de pijs causis. (b) text. in c.
relatum i. vbi Couarr. h. t. tex. in l. i. vbi Bart. nu. 73. cum seqq. C. de sacros. Eccl. Clar. d. lo.
q. 6. & 7. per tot. Grass. d. lo. q. 17.

XII.

Est & aliud speciale testamenti genus quod coram Principe, siue apud Acta coram
Iudice fit, (a) in quo an duo testes requirantur Dd. discrepant, (b) ego Bartoli senti-
am (c) amplector.

(a) Huius meminit l. omnium 19. vbi Dd. C. h. t. (b) negant Iason, & Castrenf. d. l. om-
nium (c) quæ testes duos exigit pro qua facit d. l. omnium in fi. vbi Bald. Couarr. in 2. part.
rubr. de testam. nu. 2. Schneid. in d. §. sed cum paulatim nu. 18.

XIII.

Rusticorum quoque simplicitati Imp. const. (a) subuentum est, quam benigna quadam
interpretatione ad testamentum tempore pestis conditum (b) extendo.

(a) l. si. C. h. t. quæ quinque testes tantum in testamento rustici, si plurium haberi co-
pia non possit, requirit (b) arg. l. sed sciendum 7. ad Trebel. Bald. in d. l. si. Clar. d. loc. q. 56.
nu. 3. & ibi Hier. Grach. in addit. latè Ripa in tract. de priuil. vlt. volunt. causis. pest. nu. 1. &
12. Gaill. lib. 2. obs. 118. nu. 18. VVes. in parat. nu. 10. h. t. Schneid. in d. §. sed cum paulatim
nu. 16. Cling. in Inst. h. t. nu. 13.

XIV.

Hic examinare libet utiliss. q. Vtrumne extra predictos casus statuto aliqua iuris solē-
nitas in testamentis remitti possit? Cuius affirmatiuam tuebimur.

Arg. l. omnes populi 9. de iust. & iure. Bart. in l. cunctos populos num. 22. & 23. C. de
sum. Trin. Iason ibid. nu. 37. gl. in §. si. Inst. eod. Grass. d. loc. q. 55. nu. 23.

XV.

Hinc queritur. An testamentum secundum loci alicuius statutum factum valeat quō-
ad bona extra territorium sita? quod defendi posse autumo.

Arg. l. ius nostrum 7. l. hereditas 63. de reg. iur. arg. l. 2. vbi Bart. C. quemad. testam. ap.
arg. l. si non speciali vbi Bart. C. h. t. idem in d. l. cunctos nu. 36. & 37. And. Gaill. lib. 2. obs.
123. Mich. Grass. d. q. 55. nu. 24.

XVI.

Venio ad Nuncupatium. Nuncupare est voluntatem circa heredis institutio-
nem, (a) legatorum dationem, ceterasque testamēti partes linguâ & voce exprimere. (b)
(a) Hæc

(a) Hæredis enim institutio caput & fundamentum est testamenti §. ante hæredis Inst. de legat. (b) Vigl. in d. §. si. nu. 2. Inst. eod.

XVII.

Debent autem hæredes palam nuncupari, ut exaudiri non quidem ab omnibus sed à testibus possint, (a) aliāq; solennia omnia, præter signa & subscriptionem testium, interuenire. (b)

(a) d. l. hæredes palam in prin. (b) d. l. hæc consultissima §. per nuncupationem, l. iubemus 29. vers. quemadmodum C. h. t. d. §. si. vbi Myns. nu. 6. V. V. esemb. num. 1. glo. in l. 4. in verbo regulas, ff. cod.

XVIII.

Vnde queritur. Si testator heredem viuā voce non exprimat, (a) sed à Notario designatum approbet, an Nuncupatiuum censeatur cōdidisse testamentū? quod non puto. (b)

(a) Prout vult d. l. hæredes palam (b) forma enim ad amissionem seruanda est arg. d. l. qui per salutem expressè prob. tex. in d. l. iubemus vers. quemad. in verb. necesse est testatorem voce exprimere, tex. in l. in testamentis 26. C. h. t. Crauetta conf. 117. nu. 1. cum seqq. Vigl. in d. §. sed cum paulatim nu. 12. in d. §. si. nu. 2. Myns. ibid. nu. 4. V. V. es. in parat. nu. 8. h. t.

XIX.

Ius porro Can. in presenti materia à Ciuili plurimum discrepat, cum hoc testamentum non nisi septem testium testimonio munitum admittat; (a) illud verò coram Parocho & duobus testibus factum ratum habeat. (b)

(a) sæpe d. l. hæc consultiss. cum simil. (b) tex. in c. cum esses vbi Canonis h. t.

XX.

Ex hac iurium discrepantia grauisima inter Dd. orta est contentio, An dispositio Cap. cum esses, obtineat tam in terris Imperij quàm Ecclesie: tam in foro seculari quàm Ecclesiastico, atque sic omnibus ll. circa solennitatem testamentorum disponentibus, hodie derogatum sit? quod asserere mihi religio est.

Quis enim ferat totum fere ius Ciuile de ordinandis testamentis à tot viris sapientissimis inuentum, & à Cæsaribus comprobatum, ita facile euerti? arg. l. si quando C. de inoff. testam. Couarr. in d. c. cum esses nu. 2. & 12. gl. ibid. Vigl. sæpe d. §. sed cum paulatim num. 6.

XXI.

Possunt autem testamenta vsque ad mortem mutari, minui, & reuocari. (a) Reuocantur Facto vel Verbis. Ipso facto, incidendo, cancellando, vel signa consultò remouendo, (b) vel aliud testamentum conficiendo, (c) si tamen hoc æque perfectum sit. (d) Verbis si dixerit se nolle testamentum factum valere, & hoc per testes idoneos non minus tribus apparuerit, aut inter acta manifestauerit, & decennium fuerit elapsum. (e)

(a) ambulatoria enim est voluntas vsque ad supremum vite exitum l. 4. de adim. legat. (b) l. nostram 30. C. h. t. l. r. §. sed consultò, de his quæ in testa. del. Crauetta conf. 228. nu. 1. (c) d. l. hæc consultissima §. si quis autem, §. posteriore Inst. quib. mod. test. in fin. (d) arg. l. nolumus

nolumus 22. l. sancimus 27. C. h. t. d. §. si quis autem fallit in causa vers. subseq. Nisi forte
Clar. d. lo. q. 91. nu. 2. (c) d. l. sancimus vers. Sin autem.

XXII.

Sed opportunè hîc queritur. An primum testamentum quod testator iuravit se non re-
uocaturum per secundum, non obstante iuramento, reuocari possit? & posse definitio.

Arg. c. quemadmodum de iureiu. l. si. C. de non nu. pec. eo quod iuramentum sortia-
tur naturam illius actus cui adhæret arg. l. non dubiū C. de legib. Bart. in l. si quis in prin-
cipio num. 14. de legat. 3. idem in l. si quis inquilinos, de legat. 1. Bald. in reper. l. 1. C. de Sa-
crof. Eccl. Ioan. Andr. in c. quod semel, de reg. iur. in 6. Couarr. in rub. part. 2. nu. 9. h. tit.
Clar. d. loc. q. 94. nu. 3. Grass. d. lo. q. 87. nu. 10.

XXIII.

Nunc qui testamenta facere possint vel non videamus. Est autem omni-
bus concessum facere testamentum, quibus specialiter à lege non est prohibitum.

glo. l. 4. h. t. arg. l. ab ea §. de prob. l. 1. §. 1. de testib. arg. rub. in Inst. quib. non est permitt.
vbi Vigl.

XXIV.

Prohibentur vel ob defectum Voluntas, Mentis, aut Corporis. (a) Primi generis sunt
filiusfamilias, (b) seruus, (c) de statu suo incertus, (d) Monachus, (e) obse s. (f)

(a) Bart. in d. l. 4. num. 4. (b) arg. l. velle non creditur, de reg. iur. etiam patris accedente
consensu, l. qui in potestate 6. l. filiusfamilias 16. ff. l. senium 3. C. h. t. in Inst. quib. non est
perm. in prin. secus in peculio Castrensi vel q. l. si. C. qui testam. fac. poss. l. fin. C. de inoff.
testam. in Inst. in prin. d. t. & in donatione causa mortis, l. tam is 25. §. 1. de mort. caus. do-
nat. (c) l. si filiusfamilias 19. h. t. c. vltima voluntas 13. q. 2. quia seruus nihil suum habere
potest, §. item vobis Inst. per quas perf. (d) l. qui in testamento 14. cum seq. h. tit. (e) auth.
ingressi C. de sacrosan. Eccl. idem in Moniali & Abbatisa c. 2. h. t. quia ipso ingressu se &
sua dedicant Deo, d. auth. ingressi cum seq. c. nolo c. non dicatis 12. q. 1. (f) l. obse s. h. t.

XXV.

Secundum gradum constituunt, impubes, (a) furiosus, (b) mente captus, (c) prodigus
cui bonis interdictum est, (d) damnatus ad mortem, (e) hereticus, (f) receptatores, defen-
sores, & fautores hereticorum. (g)

(a) l. qua ætate 7. h. t. l. si frater 4. C. qui testam. fac. poss. l. 2. C. quando prouoc. non est,
§. præterea Inst. d. t. (b) d. l. filiusfam. §. Marcellus notat. l. 2. de inoff. testam. §. item furiosi
Inst. d. t. secus si habeat dilucida interualla, l. furiosum 9. C. qui testam. fac. (c) l. in aduersa
17. h. t. quid distet. furiosus à mente capto vide in l. 2. C. de nupt. (d) l. is cui bonis 18. h. t. l.
Iulianus 10. de curat. furios. §. item prodigus Inst. d. t. (e) l. eius qui §. si. vbi gl. & Bart. h.
t. Couarr. in rub. part. 3. nu. 27. (f) c. excommunicamus §. credentes, de hæret. l. Manichæ-
os, C. de hæret. & Maniche. auth. Gazaros vbi eorum filij etiam à successione excluduntur,
quod licet durum sit, tamen ita lex scripta est, l. prospexit, qui & à quib. (g) auth. credito-
res, C. d. t.

XXVI.

In tertio genere collocantur, surdus & mutus simul, (a) cæcus, (b) quibus adiungo vbi

Handwritten marginal notes in Latin script:
... uia uelut...
... fac. poss. Ad d. l. c. de uelut...
... quod licet durum sit...
... c. de hæret. & Maniche...
... l. prospexit, qui & à quib. (g) auth. credito-
res, C. d. t.

varium, nisi praestiterit cautionem de soluendis & restituendis usuris. (c)

(a) l. discretis 10. C. qui test. fac. secundum quam intelligo d. l. qui in potestate §. r. l. si mutus, gl. & Bart in dd. ll. Azo in sua suuma nu. 4. d. t. (b) arg. l. hac consultissima 8. C. d. t. & d. l. si non speciali. Azo d. loc. nu. 5. (c) c. quanquam de usur. in 6.

XXVII.

Iure Canonico Clerici de bonis patrimonialibus & propria industria non verò intuitu Ecclesiae quasitis, testari possunt, (a) consuetudine contrarium obtinente, de qua tamen dubitare quam temere quid affirmare, tutius crediderim. (b)

(a) Tex. in c. i. c. cum in officijs, c. quia nos, c. relatum 2. h. t. idem de iure civili. auth. licentiam C. de Sacros. Eccl. (b) Couarruias certè grauis. author eam multis rationibus in d. c. cum in officijs, approbat.

COROLLARIA.

I.

Vasallus de feudo testari non potest.

c. i. de success. feudi vbi Aluarot. nu. 1. Curt. de feud. part. 4. nu. 125. Clar. §. feudum q. 40. num. 1.

II.

Filius familias de bonis aduentitijs in quibus pater non habet vsumfructum testari nequit.

l. penult. C. qui test. fac. poss. glo. & Bart. in l. qui in potestate h. t. Vigl. in Inst. quib. nō est perm. in prin. nu. 16. Clar. d. lo. q. 18. nu. 2. Couarr. in rub. part. 3. num. 9.

III.

Sicut testis ita nec executor nemo inuitus esse cogitur.

Couarr. in c. Ioannes nu. 3. h. t.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K




De legibus et constitutionibus Imperatorum





THESES
DE TESTAMEN
S, ET QUI TESTAMENTA
ACERE POSSVNT, ET QVEMAD-
MODVM TESTAMENTA FIAN
QVAS DIVINA AVXILIANTE GRA-
PRAESIDIBVS CLARISS. AC CONSVLTISS.
s, D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Io-
e Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco in
mplissimo Iureconsultorum apud Agrippinates
Collegio, pro laudabili consuetudine pub-
licè respondebit.

FREDERICVS HILTROPIVS
ASSINDIANVS.
*Anno reparatae salutis MD. LXXXVII.
XVIII. Iunij.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

64

